

Syriacus n. 36. Respondit ille, qui sanatus fuerat, & dixit: Domine mi. Caietanus. Quis est filius Dei?

EXPOSITIO XI.

143. Chrysof. Theophyl. Leont. Cyrill.

RESPONDERUNT, & dixit ei. Redargutionem Mendicium fe rre non valentes, in iniurias profiliunt, ex quo liquet, vt notarunt D. Chrysofomus, Theophylactus, Leontius, D. Cyrill. quod tandiu Pharisaei modestia vfi sunt cum mendico, quandiu illis fuit spes, vt ab eo aliquid aduersus Christum extorquerent. Cum autem viderunt eum Christum defendere, multas contumelias in eum congerunt. In peccatis natus es totus. Quaedam exaggeratio est. Natum in peccatis dicunt, quia non solum quantum ad animam natum in peccato putabant. Plalm. 50. num. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Quod ordinatim commune hominibus, sed quia percussum cecitate corporis natu peccatum existimabant. Peccati culpa animam, poena vero corpus infecerat. Sic exponunt. D. Augustin. D. Chrysof. Theophylact. Euthymus, Rupertus, Maldonat. D. Thom.

144. T. F. M.

Et audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: Christus verus Deus bene sciebat omnia, quae caeco contigerant, sed etiam vt homo audiuit ab aliquo enarrant, & in eo, in quo peruersi Pharisaei cogitauerunt malum inferre homini, magnum illi contulerunt beneficium, vt e synagoga eiectus in Christi Ecclesia reciperetur. Vt notauit D. Augustin. dandus quaest. sequenti. Et cum inuenisset eum. Non casu, & fortuna, sed alto consilio, & industria. Theophylact. Data opera, ait, ad hoc veniens, vt illum consolaretur, & quasi agonizantes athletam susciperet. Voluerit Dominus dono afficere, consolari; ac simul honorare eum, qui pro se aduersa sustinuerat: eiectionem scilicet a synagoga. Et dixit ei, tu credis? Hoc est vis credere, paratus es credere: Perbelle notauit Theodorus Haracleotes, quod quando Christus sanauit eius oculos, nihil ab eo interrogauit; ac cum animam sanare disponit interrogat, an credat, quia ad salutem corporis nulla nostra cooperatio est necessaria, maxime vero ad salutem animae. In filium Dei. Scilicet in illum filium Dei, qui missus est in salutem generis humani. Euthymus, Quod bonorum caput est, ait, ei tribuit se se illi praebens cognoscendum, ac verum efficiens discipulum.

145. Syrus. Theophyl. Leont. Theod. Her. Theod. Mop. Maldonat.

Respondit ille, & dixit. Addit Syrus, qui sanatus fuerat. Theophylactus, Leont. quod ille non cognoscebat Christum, nam caecus erat, quando lutum fuit in eius oculis inpositum. Tamen vterque Theodorus Heraclen. & Mopsuet Maldonat, quod mihi est probabilis, dicunt, quod

licet Christum non cognosceret ex facie, cognouit tamen eum voce esse suum sanatorem, & licet nondum cognosceret ipsum esse filium Dei. Quis est Domine? Honorifice eum vocat, a quo tantum beneficium acceperat: cuius dictis tantum deserebat, vt sola sua auctoritate declaratum filium Dei crederet. Glossa: Habebat caecus, ait, iam dudum cor paratum ad credendum, sed in quem credere deberet, ignorabat. Christus exterius interrogabat, interius tamen virtute sua diuina operabatur, vt ille haberet cor paratum ad credendum. Vt credam in eum. D. Chrysofom. Desiderantis, ait, & valde inquirentis animae verbum est, vt veritatis eum amatorem esse intelligas.

Glossa.

Chrysof.

QUESTIO XIX.

Quare Mendicus iste Christi mirabilia praedicans eicitur de synagoga, non vero Lazarus?

IN limine huius quaestiones notandum est. Quod hic exoritur multa persecutio, ac vexatio contra hunc Mendicum Christi miracula testificantem, non sic vero contra mulierem contractam, quae ob salutem illi concessam, Deum glorificabat. Luc. 13. num. 3. Diuina sapientia vnus vnusqueque vires, & non aequaliter eadem facinora ab omnibus petit, sed ab inferioribus vult tantum voce laudari, ab illis occasionem certaminum remouet, ne in illis periclitentur, has autem rigidas occasiones viri clarioribus, & fortioribus ad eorum maiores triumphos referuat, & remittit. Ad quaestionem

147.

Luc. 13. Deus iuxta nostras vires vult nostra opera.

Primo. Eiecerunt eum e synagoga, vel ciuitate, seu domo, & in quo peruersi Pharisaei cogitarunt malum inferre homini, in hoc illi magnum contulerunt beneficium, vt e synagoga eiectus in Christi Ecclesia reciperetur. D. Augustin tract. 44. Ioan. Iam non erat malum, ait, fieri extra synagogam: illi expellebam, sed Christus excipiebat, magis enim quia expulsus est, Christianus factus est. Ait Regius Vates: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Plalm. 86. n. 2. Genebrardus. Quia scilicet de Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Isai. 2. num. 3. per ipsas portas egrediens lex ad gentes deuenit.

148. Ex synagoga egrediens venit ad Ecclesiam. August.

Secundo, & valde mirum, quod homo aperte Christi miraculum testificans, ac veritatem proclamans tam male audiat, sed quia veritatem dicebat, inde male auditur, & foras eicitur, veritas enim multum odiosa est principibus, cum mendicitas eis maxime sit plausibilis. Cum Petrus Angelo docente e carcere euasisset. Herodes enim requisisset; inquisitione facta de custodibus iussit eos duci. Actor. 12. num. 19. Explicat D. Chrysof. iussit eos duci, scilicet ad supplicium; vnde Syrus legit, iussit eos necari. At custodes Christi sepulchri cu eius corpus dicunt a sepulchro abesse, nil male auditum habent a praeside Pilato. Matth. 28. num. 14. Quenam causa, ob quam ex vacuato loco supplicium illis custodibus infligitur, non vero his secundis? Primi custodes veritatem testificabantur, Petrus scilicet abiisse; secundi vero mendacium atruebant, quod ipsis dormientibus, discipuli furati fuissent Iesum. Verax assertio odiosa regi, mendax vero plausibilis praesidi, veritas

149. Veritas principibus odiosa, mendacitas plausibilis.

Actor. 12. Chrysof. Syrus.

Matth. 28.

Cyrrill.

ritas supplicium, mendacitas vero gratiam comparauit. D. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 14. Quare sicut Petro, ait, de custodia exeunte, condemnati sunt custodes, sic etiam qui Iesum custodiebant, non sunt condemnati? sed illi quidem multati sunt: isti autem scientes veritatem, & ipsam occultantes a Principibus Sacerdotum seruari sunt.

150.

Terrio & maxime ad quaestionem: quia Pharisaei audiunt mendicum Christi magnalia praedicantem, foras eiciunt; & tamen cum Lazarus multa, & magna de Christo proclamaret, vt colligitur Ioan. 12. num. 10. nihil mali in eum moliantur. Homo iste mendicus, ac pauper, Lazarus vero vnus ex primis, ac principibus, & apud mundiales omnis vexatio, ac molestia pauperibus infligitur, a qua diuites, & potentes immunes, & salui consistunt. Cum Israel pugnaret aduersus Amalech dicitur, manus solij Domini, & bellum Dei erat contra Amalech, Exod. 17. num. 16. Sententia mortis a Domino egressa est contra Amalech, eo quod pugnaret contra Israel in deserto, ipsius autem sententiae executor designatus est Saul rex; qui illato bello eum superauit. Percussus Saul Amalech ab Heuila, donec venias ad Sur, apprehendit Agag regem Amalech vinum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij, & pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus eorum, 1. Regum 15. num. 7. Confer utrumque locum inter se, si manus solij Domini erat contra Amalech, quomodo & manus Saul contra eum? Manus solij Saul ad custodiendum regem, populumque ad occidendum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Sola Domini manus reges, ac potentes perimit, manus autem hominis magnates, ac principes illaesos finit, plebeios, ac minimos depopulans comprimit, ac interficit.

Ioan. 12.

Homines veniantur potentes, pauperes opprimunt.

Exod. 17.

1. Reg. 15.

Quod etiam aduertunt Leontius, D. Thomas, D. Bonauentura & alij. Tanquam si diceret Dominus: Qui caecus natus es, iam vidisti eum, a quo illuminatus es: ex tuo ipso visu recepto, ex tuo, tibi que beneficio collato, facile deprehendes, quis sit filius Dei, ipsemet nempe a quo visum recepisti. Et qui loquitur tecum ipse est. Quia enim illud verbum, vidisti eum, videri poterat dubium, & valde generale; magis presae, ac indiuidualiter; vt ait Chrysofomus, Ideo manifestius subdit, qui loquitur tecum, ille est. Sicque paulatim Christus hominem ad expressiorem sui cognitionem deducit. At ille. Christi verbi efficacia illuminatus, interius credidit, exteriorique verbo fidem profiteretur. Credo Domine, te esse verum Dei filium, missum a Patre in salutem nostram, & quamuis Pharisaei aduersarij adessent, tamen magnitudine fidei repletus homo omni pudore, ac metu reiecto eorum omnibus Christum filium Dei profitebatur, excellens fides nullum timet, nec veretur. Et prociens adorauit eum. Cum verbo simul adiungit opus, quo Dei filium reueretur, & colit. D. Chrysofomus, Ne quis, ait, verbo tenus dixisse arbitrari possit, opus etiam addidit, & affectum suum e vestigio adorando praeuulit, & hoc pacto diuinam eius virtutem demonstrauit.

Leont. D. Thom. Bonauent.

Chrysof.

152.

Fides manifestatur eum opere.

Chrysof.

QUESTIO XX.

Quare postquam Mendicus eiectus est a Pharisaeis, se Dominus illi praebet circumlocutione utens?

Ab hoc secundo in quaestione quaesito incipio difficultatem; si illi Dominus hic manifestat esse verum filium Dei dicens: Vidisti eum, & ipse est, qui loquitur tecum. Non dixit, ego sum, quod clarius, & breuius erat; siue, vt ait D. Chrysofomus, vt modestius loqueretur; siue vt autumant D. Cyrillus, Theophylactus, D. Thomas, Albertus Magnus & alij, vt hoc modo doceret; in illa carne, in qua videbatur Diuinitatem filij Dei latere, ac proinde praeter id, quod exterius apparebat, aliud interius inesse.

153.

Chrysof. Christi modestia. Cyrill. Theophyl. D. Thom. Alb. Magn.

Si autem Dominus cum Samaritana loquens, aperte, & clare dixit: Ego sum, Ioan. 4. num. 26. Respondet ad hoc Theodorus Mopsuet, quod mulieri dixit palam: Ego sum: quia solus cum sola sibi multum propensa loquebatur. Nunc vero, non sic cum hoc mendico, quia sermo erat coram aduersariis Pharisaeis, vt patet infra vers. 40. & ideo ad euitandam horum malignantium calumniam hac circumlocutione, & non aperte verbis: Ego sum, vtritur. Secundo. Mulier Samaritana, exibat pie affecta ad Dominum, indeque iam proportionata tanto beneficio inueniebatur. At Pharisaei in sua malitia obdurati, tanta Diuinitatis notitia erant incapaces. Caecus autem ob suam bonam dispositionem, simul cum externo Christi verbo, interius diuina inspiratione illustrabatur, vt Christum verum filium Dei agnosceret, & profiteretur.

154.

Ioan. 4. Theodor.

Coram maleuoli cantu loquentium.

Ad primam quaestiones partem venio. Quare postquam

155.

EXPOSITIO XII.

151. Euthym.

T vidisti eum. Vt explicat Euthymius. Non prius, sed nunc. Modo se tibi ipse videndum offert, quem hucusque caecus videre non potuisti; nam ipse absente Christo in piscina Siloe visum receperat; vnde hucusque Christum non viderat, vt bene notat Theophylactus: Videtur, ait, dedita opera dicere, vidisti eum, vt omnino in memoriam suae sanationis illum reducat, & quod a se vixisse receperit videndi. Sylueira in Euang. Tom. IV.

Theophyl.

Handwritten signature or note.



postquam Mendicus eiectus est à Phariseis, se Dominus illi prabet, & manifestat: Ad hoc respondet primò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioannem, cap. 10. Pharisei quidem illum prius cæcum eieciabant, sed Christus eum suscipiebat. Tunc magis meruit cognoscere Christum, cum eiectus est de consortio inimicorum Christi. Magna diuinitatis reuelatio, quòd Christus sit verus filius Dei non conceditur homini, cum eius oculi aperiuntur in fonte Siloè, ac visum recipit, nec cum valde generose dispntat cum Phariseis, sed modò cum ab eorum communione eiectus est, discessus enim ab iniquis multa ad sublimia approximat est, & quantum quis recedit ab iniquorum consortio, tantum ad altiora euolat.

156. Idem D. Cyrillus citato proximè loco: *Quandiu, ait, inter Phariseos iste, & ignominia ab eis non est passus, non se illi denud exhibuit, sed cum primum extra illorum est contubernium expulsus, & ignominia nota pro Christo affectus, protinus se illi Christus presentem ostendit.* Accipit homo à Christo beneficium oculorum, & tamen tunc diuinitatis Christi notitiam non accepit, sed modò, quando cum ignominia reiectus est à Phariseis, qua minime hebetatur, sed firmus in suum benefactorum perseuerat, multa enim assequitur à Deo, qui aduersitates pro Deo patitur, & sustinet, illisque non frangitur, sed immobiliter corroboratus perseuerat.

157. Præcepit Deus filiis Israel, quòd Agnus ab eis manducandus, aqua non coqueretur: sed igne affaretur. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igne,* Exod. 12. num. 9. Cur tam districtè præcepit Deus, ut agnus aliter non comedatur, nisi tantum igne assus? Cum carnes igne assantur, ipso igne non dissoluntur, sed maximè coadunantur, & obdurantur, ac corroborantur, & ea virtus maximè Deo placet, eique est acceptabilis, quæ ardore ignis, ac persecutionis, non dissoluitur & frangitur. D. Gregor. Magn. apud Lyppom. *Quæ carnes agni assandæ sunt, quia nimirum dissoluit ignis carnes, quas aqua coxerit, quas vero ignis sine aqua excoquit, roborat, carnes itaque agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis, illius ad resurrectionem valentorem reddidit, ac in incorruptionem roborauit.*

Ioan. 9. n. 39. Et dixit Iesus: in iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant.

Num. 40. Et audierunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus?

Num. 14. Dixit eis Iesus: si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, quia videmus. Peccatum vestrum manet.

VERSIONES.

Syriacus n. 39. Ad iudicium huius mundi ego veni.

Arabicus. Vt iudicem hunc mundum ego veni.

Arabic n. 40. Audiuit hoc quidam Phariseorum.

Arias. Existentes cum ipso, & dixerunt.

Syriacus n. 1. Si cæci essetis, non esset peccatum in vobis.

Arabicus. Peccatum vestrum firmiter est.

Syriacus. Propterea peccatum vestrum præstat.

Luc. Barges. Illud peccatum vestrum manet.

EXPOSITIO XIII.

X proximè facta cæci confessione, ex ipsòque tam in visum animæ, quàm corporis restituro; ex astantibus Phariseis in sua obstinatione permanentibus, sumpsit Christus occasionem ad præsentem doctrinam subiiciendam. In iudicium. D. Chrysostomus homil. 58. Euthymius, Theophylactus, Leontius, iudicium pro condemnatione, & supplicio interpretantur, eorum scilicet, qui videntes eius mirabilia, ac alios credentes, ipsi immobiles in sua infidelitate permanserunt. Inde tamen mihi hæc sententia non placet; quia hic iudicium ad utramque partem sententiæ tam ad non videntes, quàm videntes est referendum. Secundò. D. Cyrillus, seu Clitonaus in eius supplemento, Iansenius, & alij dicunt iudicium hic significare Dei consilium, seu decretum, quo factum est, ut gentiles cæci lumen Christi viderent; & Iudei sua infidelitate illud non viderent. Maldonatus iudicium Dei prouidentiam denotare vult.

Aprior tamen mihi est sententia D. Augustini tractat. 44. in Ioannem, Alberti Magni, D. Thomæ, D. Bonaventuræ, Toleti, & aliorum hic exprimi iudicium discretionis piorum ab impijs. *Vt qui non vident, videant.* Ut illi, v.g. Gentiles, ac paruuli, v.g. hic mendicus, qui non videbant, & simplices nempe, ac ignorantes erant, visum mentis credentes recipiant. *Et qui vident, cæci fiant.* Et qui videbant, utpote Scribæ, & Pharisei, qui Scripturarum, & legis scientiam profitebantur, propter eorum incredulitatem cæci facti sunt. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis,* Matth. 11. n. 25. Aduerte cum D. Cyrillo, Chrysostomo, Theophylacto, Euthymio, quod illa particula, *ut*, non causam, sed consecutionem indicat, cum non propterea venerit Christus, ut aliquis excæcetur, sed eorum malitia ex illius sacratissimo aduentu hoc est consecutum.

160. Et audierunt quidam ex Phariseis, Græcè legitur; *audierunt quidam ex Phariseis, illi, qui cum ipso erant:* nempe in comitatu eius obseruantes eius dicta, ut eum caperent in sermone: *Nunquid & nos cæci sumus?* Leontius, Theodorus Mopsuest, Theophylact. dicunt, quod cum Pharisei nil spirituale cogitarent, Christi sermonem de cæcitate corporis intellexerunt; sed si ipsi agnouissent, quod cæcitas corporis eis obiciebatur, potius iriderent, quam indignari essent, quia videbant se corpore non esse cæcos; ergo cum indignati quærunt,

Cyrrill.

Euge iniquos, ut magna percipias.

Qui aduersa patitur, magnorum sit dignus.

Placet Deo, qui aduersitatibus non frangitur. Gregor. Lyppom.

T F T S ni pe gi CL C

quærunt, *Nunquid & nos cæci sumus?* Perceperunt se ipsos à Christo pungi, ut docent D. Cyrillus, Theophylactus, ipsiùque loqui non de cæcitate corporis, sed animæ, ac si dicant, nunquid nos sumus cæci scilicet insipientes, ac indocti, rerum diuinarum ignari? Itane tu venisti, ut cæcos corporaliter illumines, & nos legis doctores spiritualiter, ac intellectualiter videntes excæces? Ostende nobis hanc cæcitatem, & amentiam.

161. Dixit eis Iesus: si cæci essetis. Primò D. Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus interpretantur de cæcitate corporis, ac si diceret, si essetis cæci corpore peccatum non haberetis; nam tunc essetis humiles, & non superbi; nam cæcitas humiliter animum. Secundò & satis aptè D. Augustinus tractat. 44. in Ioannem, Beda, Maldonatus, & alij; si vestro sensu, ac iudicio vos cæcos, ac ignorantes cognosceretis, non haberetis peccatum, quia vestræ cæcitatibus remedium à me quæreretis. *Nunc vero dicitis, quia videmus.* Quia persuasi estis vos videre, ac intelligere, quæ necessaria sunt ad salutem, cum illa minimè percipiatis, ac intelligatis. Peccatum vestrum manet insanabile, & irreversibile, nullam admittens excusationem. Euthymius: *Quia dicentes, ait, vos videre, nec videntes, voluntarie excæcamin, ab inuidia, & malitia.* Et addit D. Augustinus: *Quia dicendo videmus, medicum non quæratis, in cæcitate vestra remanetis.*

Euthym. August.

Cyrrill. Clitona. Iansen.

159. August. Albertus. D. Thom. Bonavent. Tolet.

Matth. 11. Cyrrill. Chrysost. Theophyl. Euthym.

160. Græcus.

Leont. Theodor. Theophyl.

oues suas vocat nominibus suis.

Arabicus. Vocantur nominibus suis.

Arias. Vocat iuxta nomen suum.

EXPOSITIO I.

MEN, amen dico vobis. Verba ista esse superioribus cap. antecedentibus connexa omnium est sententia, quamvis modò sex plerumque non sit idem; licet omnes modi interpretandi facile inter se coincident. D. Chrysost. homil. 58. Euthym. Theophylact. inquit, quod Christus hic occurrit tacitè Iudæorum obiectioni, quia fugiebant ipsum, non quia essent cæci, ut eos appellauerat superiori cap. n. 39. sed quia se dicebat verum Pastorem populi, cum non esset, D. August. Beda, Rupertus, Albert. Magn. astrunt, quod Christus ostendit Phariseos cæcos, quia si cæci non fuissent, eum esse verum Pastorem, ac Messiam agnouissent. Tertid apertissimè noster D. Cyrillus in Catena Græca, & Lucifer Careltan. citatus, quòd Christus in fine superioris cap. Phariseos vocauit cæcos, eorùque peccatum remanere indelebile dixit, quia ipse soli se existimabant legis Doctores, maximèque dolebant quod populus Christum nouam doctrinam prædicantem sequeretur; vnde cæcum ipsum consistentem eiecerunt de Synagoga, ac de suo ouili tanquam quandam pseudopphetam sequentem; nunc verò ostendit Christus Dominus, quòd ipse sit verus Messias, verusque Doctor, ac Pastor, & omnes, qui per ipsum, eiusque doctrinam non intrant, non spectare ad ouile sui patris, ac ad suam Ecclesiam, sed esse fures, & latrones, qui cum ingrediuntur per aliam doctrinam non intentant, nisi perdere, & mactare oues.

Qui non intrat per ostium. Tum mali pastoris, ac furis, tum boni pastoris, ac veri notas proponit parabolicè Dominus. Et prius furem, & latronem, quàm verum pastorem describit, quia facilius cognoscimus, quis fur sit, quàm quis sit bonus pastor. *Qui non intrat per ostium,* per communem, ac regiam viam: *in ouile ouium.* In caulam, seu stabulum ouium, ait D. Chrysost. *Hoc est ad oues, earumq. curam.* Nam oues præter pastorem etiam per ostium intrant. *Sed ascendit aliunde,* ut alij legunt, per alium nempe locum, v.g. per sepem, vel maceriam. *Ille fur est, & latro.* Fures, ut ait D. Hieronymus in cap. 7. Osee, insidiantur, & occulta fraude decipiunt; latrones audacter aliena ditiipiunt. Et D. August. *Fur est, inquit, quia quod alienum est, suum dicit; latro, quia quod est furatus, occidit.* Fur furatur, latro mactare intendit oues; cum ergo iste non curet legitimum introitum inde ingressus eius ad oues est suspectus.

Qui autem intrat per ostium. Sex conditiones boni pastoris, quibus à fure distinguitur hic ponit Iesus. Prima est, quòd intrat per ostium ad curandas oues; & inde auidenter, ac confidenter per ostium ingreditur. E contra verò latro malitia sua eum accusante extraordinarium locum quærunt. *Huic ostiarius aperit;* ecce secunda conditio. Introducit hic Iesus magnum patremfamilias, in cuius villa sit constitutus ianitor, ac præfectus ad custodiendas portas, ac caulas ouium, in hoc visitur cura optimi patrisfamilias, quod scit custodire suam domum, illique optimum ostiarium prouidere.



CAPVT XIX.

Bonus Pastor.

Ioan. 10. n. 1. Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.

Num. 2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Num. 3. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & ducit eas.

VERSIONES.

D. Cyr. n. 1. Qui non intrat per ostium, sed descendit per alteram partem.

Syriacus. Qui non intrat per ostium in caulam ouium, sed ascendit per locum alium: ipse fur est, & latro.

Theophylact. In stabulum ouium. Lucifer Careltan. lib. 2. Qui intrat per ianuam.

Syriacus n. 3. Atque huic custos ostij, referat ostium, & oues audiunt vocem eius: & Sylueira in Euang. Tom. IV.

Chrysost. Euthym. Theophyl.

August. Beda. Rupert. Alb. Maga. Cyrrill. Careltan.

Connexio est superioribus.

Chrysost.

Hieron.

August.

3.

Conditiones boni pastoris.

Handwritten signature or note at the bottom of the page.